

esse insolubile; alterum solubile esse, affirmat. Denique Suarez *cit. l. num. 20.* transmittit, matrimonium inter Episcopum & Ecclesiam à DEO vinculum indissolubile natum fuisse: quia verò non minus, quam matrimonium carnale ratum, liberò humanæ voluntatis consensu perficitur: hinc indirectam & materialem mutationem, à S. Pontifice, cujus dispositioni materia subjacet, faciendam, admittit. Quamam nobis responsio placeat, ex *trakt. 3. cap. 3.* infra patebit.

77 Tertium motivum suâ sponte corrui: eum vota, juramenta, matrimonia &c. obligent quidem Jure Divinò & Naturali, sed conditionatè, suppositâ nempe humanâ voluntate, quatenus ab Ecclesia acceptata, & non irritata sunt. Respicit ad *cit. cap. 2. n. 183. & 185.* & in specie P. Engel ad *tit. de M. & O. n. 8.*

Quartum ex *n. 65.* solutionem capit, ubi probatum est, Legem Divinam, eum à Legislatore omnium futurorum præficio lata fuerit, in nulla circumstantia non obligare. Quæcumque autem Ecclesiæ utilitas ex dispensatione promanata afferatur, ea nequibit præponderare majori incommodo, quod ex libera dispensandi facultate timendum foret, juxta probata in *num. 71.*

De Epikia in Jure Divino, servatâ propo-79 tione, judicandum erit, sicuti in *edd. cap. 2. à num. 195.* de Jure Naturæ judicatum est. Id solum adjunxerim, Epikiam impropriam, seu potius interpretationem Authenticam, Juri Divini, ad officium S. Pontificis spectare: de qua ex professo agunt Theologi, & cum his Gibalinus *Scientia Can. l. 5. cap. 3. q. 3. §. 4.* & nos alibi.

## CAPUT IV.

### De Jure Gentium.

**A**ltera Juris positivi species est Jus Gentium. Habet cum Jure Divino Positivo & Naturali propinquam valde cognationem: tum quia adinstar memoratorum Jurium suâ universalitate ad omnes, vel plerasque saltem Gentes, porrigitur: tum quia non minus privatos quam Principes sibi devotos & obstrictos tenet, sicuti præfens Caput explicabit.

## SECTIO I.

### De Natura Juris Gentium.

#### SUMMARIA.

1. Utrum detur Jus Gentium? Ratio dubitandi. 2. & seq. Sine distinctum à Jure Naturali? Motiva negantia. 4. Probatum illius existentia. 5. & 6. Solvitur dubitandi ratio. 7. & seq. Ostenditur illius distinctio à Jure Naturali. 11. Enumerantur motiva negantia. 12. Diversa Juris Gentium acceptio. 13. Ejus definitio. 14. & seqq. Demonstratur, quod sit verum Jus, Constitutum à DEO, velut auctore

societatis humana. 23. Non consistit in pactis Gentium. 24. Discretum est à Jure Divino & Naturali. 25. & seqq. Affine est Juri Consuetudinario. 28. Respicit utilitatem Gentium quæ rationum. 29. Infirmatur alia definitio. 30. & seqq. Refertur & resumatur divisio Juris Gentium in primum & secundarium. 33. & seqq. Refertur & resumatur alia divisio. 37. Admittitur sola divisio in affirmativum & negativum.

#### §. I.

### Deturne Jus Gentium, à Jure Naturæ distinctum?

**J**uris Gentium Naturam rimaturi, duos scrupulos remove, necessum habemus. Primus & levior est: deturne Jus Gentium? Sunt enim, scribit D. Grotius *1. part. Pandect. quest. 1. n. 1.* qui negent, dari Jus Gentium. Argumenta illorum consistunt partim in impossibilitate convocandi Nationes omnes, ad commune aliquod Jus, mutuo consensu pangendum; partim in defectu objecti seu capiti, quæ vulgò Juris Gentium esse dicuntur, & ne quidem à Gentibus moratoribus obser-

Alter & grandior scrupulus est: sitne Jus Gentium à Naturali distinctum? Fuit enim verò non paucis amica sententia, quæ Jus Gentium cum Naturali confundit, ac solâ denominatione extrinsecâ diversum esse, asserit, nempe quòd Juris Naturalis dicantur ea, quæ Naturæ rationali quæ tali sunt conformia; Juris verò Gentium, quæ eidem Naturæ sunt quidem conformia, suppositò tamen ratiociniò humanæ indigentia. Ita Puffendorf *de F. N. lib. 2. cap. 3. §. 23.* Ryffel *de F. N. lib. 1. cap. 7. n. 15. & cap. 27. n. 4.* Hobbesius

in

in libro de Civitate *cap. 14. §. 4.* Schambogen ad *tit. 2. lib. 1. Instit. quest. 5.* Rationes illorum sunt I. quòd Jus Gentium, si à Naturali distinguitur, nequeat procedere ab aliquo Superiore. II. quòd plerique, quæ apud Jctos Romanos aliosque ad Jus Gentium referuntur, v. g. circa modos acquirendi, contractus &c. vel ad Jus Naturæ pertineant, vel ad Jus Civile fingulorum. III. quòd plura dicantur esse Jus Gentium, v. g. privilegia & prerogativa Legatorum, quæ nullò modò obligatoria, sed arbitraria sunt. IV. quòd Imperator in *§. Jus autem 1. Inst. de F. N. G. & C.* Jus Gentium describat, quòd naturalis ratio inter omnes homines constituit. Ad retundendos hosce scrupulos

4 Dico I. Datur Jus Gentium. Sic communis Gentium sensus evincit, dum Historicum aut Scriptorem Publicum vix legeris, in quo ad Jus Gentium à Gentibus fuisse provocatum, non invenias. Sic sana & evidens ratio persuadet. Nam quia Gentes de factò aliquam inter se societatem inivère, regulam habeant, oportet, ad ejus normam societas illa ritè instituat. Uti enim in omnibus negotiis & actionibus defectuosa & peccaminosa sunt creatura rationales, eoque nomine regulam indigent, ad ejus amissionem actiones & negotia vel dirigantur, ut justa sint, vel reformantur, si injusta sint: ita vel maxime in commerciis & actionibus, quibus societas aut servanda, aut fovenda est, regulam quãdam directivam & obligativam opus est. Hæc autem regula nil aliud denotat, quam Jus Gentium.

5 Quæ in oppositum sunt argumenta, levissima sunt. Ut enim Gentes ad communem Legem sancendam conveniant, aut consensum mutuum verbis exprimant, gratis requiritur: sufficit siquidem consensus tacitus, quem uniformi circa unam eandemque materiam operatione, ac subsecutâ in transgressores animadversione, Gentes declarant. 6 Quòd verò Gentes constitutum sibi Jus tam religiosè non observent, non defectum, sed abulum Juris, existentis indicat. Hæc ipsa namque de causa, quòd una vel altera Gens Juris hujus capita temerè infringat, Gentes alias ad arma & vindictam provocat, comprobante hoc lugubri continuorum bellorum experientia.

Dico II. Jus Gentium à Naturali adæquatè distinguitur. Ita ex Theologis Reding *scpe cit. q. 15. art. 1. contr. 2. n. 2.* Sua *ez de L. lib. 2. cap. 17. n. 8. & cap. 19. à n. 1.* Mezzger *tr. 8. disp. 32. art. 2. n. 2.* Ex Jureperitis Gonzalez in *Apparatu Juris Can. num. 19.* Grotius *cit. quest. 1. n. 5.* David Mevius in *Nucleo F. G. Inst. §. 1b. 9.* Vitriarius in *Instit. Juris Natur. & Gent. lib. 1. cap. 1. n. 24.* Groningius in *Bibliotheca Juris Gent. l. 3. cap. 10. n. 15.* & alibi sepiùs. Ratio est I. quia objecta Juris Gentium non sunt in necessitate Naturæ fundata, neque intrinsecam malitiam vel honestatem continent, prout inspicienti singula patebit, & constabit ex *sist. seq.* Ergo Jus Gentium, cum objectum à Jure Naturali adæquatè distinctum habeat, à Jure Naturali adæquatè distinguitur. II. quia Jus Gentium magis societatem, quam naturam rationalem respicit; neque tam facere rectos homines, quam socios desiderat. Jus Naturæ è diametro felicitatem Naturæ rationalis quæ talis intendit, neque magis socium, quam hominem per se primò informare studet; veluti in *cap. 2. à num. 78.* ostensum est. Ergo cum ex fine primario differant Jus Naturale & Gentium, differunt adæquatè. III. Jus Naturæ scriptum est in cordibus hominum, ac sine hominum voluntate sancitum: Jus Gentium moribus utentium invaluit, nec sine Gentium votò & voluntate coaluit. Ergo Jus Naturæ non est Jus Gentium, neque vicissim Jus Gentium portio Naturalis.

Rationes in *num. 3.* propositæ majorem veri speciem quam energiam habent. Prima enervabitur in *§. seq.* Secunda & tertia in *sist. seq.* dissolvitur. Quarta vel idè caret viribus, quia Imperator in memorato *§.* vel Jus Gentium pro Naturali per abulum vocabuli usurpavit; vel per *rationem Naturalem* non regulam intrinsecam honestatis vel malitiae, sed potius congruentiam aliquam & convenientiam, quam standò in Jure Naturæ absque longiori indagine deprehendere licet, significare voluit, conformiter descriptioni in *§. sed Jus 2. Inst. eod. tit.* ubi Jus Gentium dicit esse, quòd usò exigente, & humanis necessitatibus Gentes humane sibi constituerunt.

#### §. II.

### Quid sit Jus Gentium?

**J**us Gentium duplici acceptione circumscritum. I. accipitur improprie pro Jure, à pluribus Gentibus sine mutua obligatione in bonum particulare recepto. In quo sensu perique contractus in *cit. §. sed Jus 2. Inst. de F. N. G. & C.* ad Jus Gentium referuntur, eò quòd emptio v. g. venditio, locatio, permutatio, & reliquæ conventiones ab una Gente primitus introductæ, postea ab aliis Gentibus in utilitatem singularem receptæ sint. II. su-

mitur proprie pro Jure, à pluribus Gentibus in bonum commune Gentium cum reciproca obligatione constituto. In posteriori hæc acceptione

Definitur Jus Gentium, quòd sit ordinatio rationis, diuturnis Gentium moribus ad communem utilitatem Gentium quæ talium constituta. Ita quoque substantiam P. Mezzger ubi *supra num. 14.* & Clarissimus D. Collega Franz ad *tit. Instit. de F. N. G. & C. p. 2.*

M 3

num. 3.

num. 3. ac Vitriarius in *Instit. F. N. & G. l. 1. cap. 1. n. 21.*

14 Dixi I. *Ordinatio rationis.* Quæ verba subeunt vicem gentes. Sed utrum univoce vel analogice? Litem faciunt magni Jurisprudentia Procures, quos inter cum primis certat D. Gletle in *cit. quest. 1. num. 11.* Operose contendens, Jus Gentium non esse univocam speciem Juris Legalis. Ratio, quæ movit Clarissimum hunc Ictum, est: quia, si Jus Gentium foret univoca Juris Legalis species, deberet egredi à voluntate & potestate ejusdem Superioris. At Gentes, cum liberæ, suisque in Territoriis Supremæ sint, Superiorum non habent. Ergo Jus Gentium nequit esse univoca Juris Legalis species.

15 Hanc rationem, ut assertores nostræ sententiæ diluant, ajunt, Gentes considerari posse dupliciter: primò sigillatim; secundò collectim. Gentes sigillatim sumptas admittunt in suis Territoriis non agnoscere aliquem Superiorem; bene verò collectim sumptas: non aliter atque in statu Democratico, ubi populus, divisim sumptus, obtemperat; collectim acceptus imperat.

16 Verùm hæc responsione non contentus D. Gletle, sic ulterius instat. Nequeut Gentes, collectim sumptæ, habere quandam Superioritatem respectu sui: sic enim constituerent Universalem aliquam Rempublicam, de qua nec Divinum, nec Naturale, nec Positivum Jus quidquam scit vel statuit. Quinimò cum qualibet Gens in sua provincia sit libera, Supremæ, ac Majestatis prædita, nequit esse obnoxia potestati Superiori ejusdem generis & ordinis: quia foret Supremæ, & non foret.

17 Si reponas: unam Gentem censerì liberam, quatenus alteri non est obnoxia. Seu, quod idem est, unam Gentem in sua Republica Supremam esse, nullique alteri in eadem linea subiectam; non tamen esse Supremam in Republica Universali, quæ ex omnibus Gentibus consurgit.

18 Ille in contrarium ita replicat. Unus civis in Republica alteri non est obnoxius, & tamen nullus eorum liber dicitur, libertate illa, de qua hic loquimur: quia potestatem Superiorem singuli reverentur. Ergo esto Gens una alteri non sit obnoxia, si tamen potestatem Superiorem singule agnoscant, libertatem & Supremam potestatem nulla obtinet.

19 Ut ergo, transmissâ hæc responsione, vim argumenti contrarii dissolvamus, dicimus, Superiorem, cujus autoritatem Jus Gentium virtutem Legislativam & obligativam imbit, esse DEUM, non tanquam Authorem Naturæ (sic enim Juris Naturalis Alpha & Caput dicitur) neque ut Authorem supernaturalem (hoc quippe respectu Jus Divinum condidit) sed velut Authorem humanæ societatis, seu Supremum Politiarum & Rempublicarum Principem. Nam (quidquid sit de Universali Monarchia, Aristocratia, vel

20

Democratia omnium Gentium, sitne illa dabilis vel possibilis?) pro certo tenendum videtur, fundamentalem relationem & societatem inter omnes populos & nationes esse constitutam: quemadmodum non Gentiles solum professi sunt, quod hominem animal sociale definiunt, ac inter homines cognationem quandam constitutam esse à naturâ, asseruere in *l. ut vim 3. ff. de f. & f.* sed etiam Divinâ revelatione & ordinatione constat, quòd DEUS voluerit novam suam Legem omni creaturæ & nationi in toto, quâ patet, orbe prædicari, uti in *cap. priori ex cap. ult. Matthæi & Marci* perfectum secimus; sicque in consequentiam voluerit quod inter Gentes aliquam esse societatem, sine qua nec Prædicatores Evangelii ad Gentes pertingere & prædicare, nec Gentes Evangelii notitiam haurire valuisent. Quomodo enim, ait Gentium Præco Rom. 10. v. 14. & 15. *credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur?* Suppositâ verò societate, non potuit non velle DEUS, ut Gentes habeant communem regulam, ad cuius libellam societas illa inflectatur. Ergo inter Gentes ex Divina voluntate est aliqua regula directiva actionum Gentium quæ talium; & hæc dicitur Jus Gentium, seu vera species Juris Legalis, à DEO, tanquam humanæ societatis auspice, profecta.

Dixi II. *diuturnis Gentium moribus.* Per has particulas indicatur I. Jus Gentium non consistere in pactione & conventionione Gentium. Præterquam enim quòd ex pactis non oriatur Jus Legale sive constitutionis, sed proprietatis; admodum est difficile, explicare, quomodo per pacta & conventiones, quæ solos pacificentes afficiunt, omnes Gentes, etiam non consentientes, obligari poterint: cum econtrâ non incognitum sit, per consuetudinem omnes obligari, si major pars consentit.

Indicatur II. Jus Gentium à Divino & Naturali distingui: quia, tamen utriusque Author sit DEUS, actamen utrumque à DEO immediatè, sine prærequisito hominum consensu, & quidem, ut paulò ante meminì, ex alio sine sancitum; Jus verò Gentium non immediatè à DEO, sed mediante Gentium per diuturnos mores declaratò consensu, approbatum est.

Indicatur III. Jus Gentium habere proximam affinitatem cum Jure Consuetudinario, sicuti doctissimè adnotarunt Suarez *cit. lib. 2. cap. 19. n. 6.* Mezzger *d. l. n. 16.* D. Franz *d. p. 2. n. 6.* ac novissimè Eximius D. P. Candidus Rottenheuser in *tract. de Consuetud. quest. 6. iii. 3. n. 32.* Nam quia Gentes, etiam postquam Territoria & Provincias inter se dividerunt, fundamentalem aliquam relationem, socialitatem, & ut differit Suarez *d. l. num. 9.* unitatem quasi politicam & moralem inter se retinuerunt, quatenus una sibi minime sufficiens, seipsum alterius auxilio & ad-

24  
26  
27  
28

27 jutorio indigebat: ac vicissim ex præcepto mutui amoris & misericordiae (quod etiam ad extraneos extenditur) Gens valida indigentibus ferre tenebatur: hinc, dum socialiter vivere inceperunt, primò actiones quasdam ad rectè temperandam societatem per aliturnum tempus exercuerunt, v.g. admiserunt impunè Legatos, ad negotia communia pertractanda; sepeleerunt mortuos; foedera junxerunt; continuarunt inter se commercia &c. Postmodum actionibus, per uniformem & longævam operationem exercitis, accessit consensus Gentium in Jus Legale, mutuo obligativum. Consensu Gentium supposito, primus Rerumpublicarum Inceptor DEUS suâ autoritate Jus Legale spiritu Legislativò, seu vi obligatoriâ donavit. Adeoque, ut videtur, omnia Consuetudinis requisita ad Jus Gentium concurrunt.

28 Dixi III. ad communem utilitatem Gentium quæ

## §. III.

## Quotuplex sit Jus Gentium?

30 Jus Gentium plures cum Schneidewino ad *cit. §. Instit. de f. n. & c.* Bachovio ad *enndem §.* Wolfgangio Textore in *Synopsi Juris Gent. cap. 2.* Maxio *cit. Nucleo f. G. Instit. 5.* Clarissimo D. Chlingensperger ad *cit. tit. Instit. quest. 3.* & aliis, quibus manum dedere Sant-Gallenfes de *LL. f. 2. q. 3. conclus. 1.* dividunt I. in Primævum & Secundarium. Primævum dicunt, quod ratio naturalis inter homines constituit. Secundarium, quod usu & humanis necessitatibus exigentibus introductum est. Rationem ita dividendi sumpturunt ex §. 1. & 2. *Instit. f. 2. tit. ubi duplicem definitionem Imperator adornat.*

31 Sed longè plures hanc divisionem respuunt cum Molina de *f. & f. tom. 1. dist. 3. & seqq.* Suarez *d. lib. 2. cap. 17. & 19.* Mezzger *cit. art. 2. num. 12.* Gletle *Jurisprud. fund. l. 1. tit. 2. cap. 3. §. 4. num. 1.* D. Franz *cit. p. 2. num. 5.* D. Joanne Georgio Fleck *Bibliotheca Juris Civ. l. 1. tit. 9. num. 4.* Grönungio *Bibliotheca. l. 3. variis in locis.*

32 tum quia fundatur in sinistro supposito, quòd detur duplex Jus Naturæ, primævum nempe, quod commune hominibus est cum brutis; & secundarium, quod Jus Gentium primarium, ac solis hominibus proprium, vocant: tum quia Jus Gentium ex *num. 7.* non est pars aut portio Juris Naturalis: tum quia Imperator reverè discriminare voluit Jus Gentium, Civile, & Naturale; & nil minus quàm Jus Gentium cum Naturali maritare, veluti expendentì rubricam & nigrum *cit. tit. Instit. pronum erit judicare.*

33 *salium constituta.* Ubi differentiam notabilem inter Jus Gentium & Civile insinuatam velim; quòd nempe Jus Gentium ex fine suo principali ad incolomitatem Gentium quæ talium, hoc est, ad communem pacem, concordiam, & utilitatem Gentium inter se, ordinatur; cum ex adverso Jus Civile particulare cujusdam Gens & Republicæ salutaris pro fine sibi præfixam habeat: quò sensu pulcherrimè dicitur Imperator Jus Civile & Gentium in *scæpe cit. §. sed Jus 2. Instit. de f. n. G. & C.*

34 Quòd si existimes, Definitionem traditam pro majori perspicuitate cum additamento ad imitationem Vitriarii *l. cit. n. 21.* ita effèrendam esse: *Jus Gentium est ordinatio rationis, diuturnis Gentium moribus, in bonum Gentium, quæ salium constituta, & Summi humanarum Politiarum Principis consensu approbata.* Per me licebit.

35 II. Jus Gentium dividit Rachel in *Dissert. de Jure Gent. th. 23.* in *Commune*, quod plures aut fortè pleræque Gentes, saltem moratores, pro Jure inter se utuntur, & consociantur; ac *Proprium*, quod in paucarum, & fortè duarum liberarum Gentium peculiarem usum & communionem est conditum, sic ut Gentes reliquæ ad illius observantiam adstringi nequeant.

36 Sed neque ista divisio arridet. Malè siquidem dicitur esse Juris Gentium, quod neque Gentes obligat, neque illarum utilitatem intendit. Magis particulare Jus, imò, ut notat Grönungius *Biblioth. lib. 3. cap. 11. n. 10.* particularis conventio quæcumque observantia, quam certæ & determinatæ Gentes ad bonum proprium tenent, appellari debet.

37 III. Jus Gentium idem Rachel *th. 56.* dividit in Verum & Putativum. Verum appellat, quod Juri Naturæ non repugnat. Putativum dicit, quod ei adversatur. Verùm, nisi memoratus Author per Jus Gentium putativum intelligat permissivum, prout quidam actus contra Naturam à Gentibus tolerantur, conformiter dictis in *cap. 1. num. 71.* divisio sustineri nequit: quia Jus Naturæ est fontale principium totius Juris Legalis. Non ergo Jus Legale dicendum, quod ex fonte hoc non derivatur.

38 Nullam ergo aliam divisionem agnosco, quàm illam, quæ Jus Legale in genere dicitur in affirmativum & negativum, secundum ea, quæ *d. cap. 1. n. 69.* habentur.

## SECTIO II.

## De Objecto Juris Gentium.

## SUMMARIUM.

39. Indicatur objectum Juris Gentium. 39. & seqq. Reducuntur ad Legationes. 45. & seqq.

39. Rejellà aliorum opinione, qui Legationes referunt ad Jus Naturale. 48. & seq. Jure immunitatis

satis gaudent etiam Legati, à Principibus inferioribus missi. 50. Uti & missi à Supremis ad inferiores. 51. Non gaudent, qui vim inferunt. 52. & seqq. Neque qui hostile quapiam moluntur. 53. Bene verò qui solummodo peccant contra officium hominis. 56. & seq. Opus est quòdam extrinseco charactere, ex quo Legatus agnoscat. 58. Extra provinciam Principis, securitatem promittentis, non extenditur immunitas Legati. 59. & seqq. Libertas commerciorum pertinet ad Jus Gentium. 62. & seqq. Modus contrahendi est Juris Civilis; effectus autem seu obligatio contractus est Juris Naturalis. 66. & seq. Idem asseritur de modis acquirendi dominium. 68. & seq. Ad Jus Gentium quoque spectant fœdera. 71. & seqq. Ostenditur illorum beneficium. 76. De fœderibus cum insidelibus remissive. 77. Modus pendendi fe-

§. I.

De Jure Legatorum.

- 38 **O**bjectum Juris Gentium constituunt illa negotia, quæ tendunt ex fine suo ad emolumentum Gentium quæ talium. Vitriarius in cit. lib. 1. c. 1. num. 23.
- 39 Huc revocatur I. Legatorum ( seu Ministrorum, qui ab uno Principe, ad Principem vel Republicam aliam mittuntur certum in finem ) Jura, quæ summam ad duo rediguntur capita; admissionem videlicet, & immunitatem. Nam, si Naturam spectes, non tenetur una Gens alterius Gentis Legatos admittere: quippe cum qualibet Gens sibi sola vivere, atque aliarum Gentium contra sortia impunè valeat reculare. Adhæc, si Naturam consulas, illa non dicitur, Legatos ab hominum violatione exemptos esse debere. Quid enim, si ab hostibus mittantur? Utique sicut hostis, sic persona alia, cum hoste moraliter connexa, tractari potest. Et demus, Legatum in loco Legationis contra officium hominis delinquere: an poenam evadere à Domino loci delicti poterit, tantum ex eo, quia Legatus est?
- 43 Quia verò utilitas Gentium efflagitavit, ut, suppositâ societate, sint, qui communia negotia inter Gentes communi nomine pertraherent ( neque enim vel Summi Principes, vel Rerumpublicarum Magnates, aut domo abesse, aut in locum valde remotum proficisci, tutâ semper viâ & ratione possunt ) sanè eadem Gentium utilitas poposcit, ut communium negotiorum internuntii & Legati non tantum admittantur, si justa reculandâ causa non lateat, sed etiam admitti plenissimâ securitate perfruatur. Qua de re eleganter Pomponius in l. ult. ff. de Legation. si quis, inquit, Legatum hostium pulsasset, contra Jus Gentium id commissum esse existimatur, quia sancti habentur Legati. Et Tacitus 1. Annal. immunitatem Legatorum hostium jus, sacra Legationis, & Jus Gentium vocat. Suarez de LL. l. 2. cap. 19. n. 7. Brunnem, ad d. l. ult. ff. de Legation. Myl-

dera est arbitrarius. 78. Obligatio servandâ fœdera est naturalis. 79. Frangente uno, potest etiam alter frangere. 80. & seqq. Reducitur etiam ad Jus Gentium Bellum. 83. & seqq. Recensentur, & declarantur conditiones ad bellum justum. 93. & seqq. Explicatur ea, quæ Jus Naturale disponit in bello. 100. & seqq. Ad idem Jus Gentium annumerantur Repressalia. 104. & seqq. Explicatur cap. un. de Injur. in 6. 108. & seqq. Adstruitur discrimen inter repressalias & bellum. 111. & seqq. Pacificationes quoque trahuntur ad Jus Gentium. 113. & seqq. Exponitur pactum oblivionis. 127. & seqq. Pactum restitutionis. 123. Pactum compensatoriû, 124. & seqq. Agitur de mediatoribus. 127. & seqq. Explanatur iurenga. 129. & seqq. Treuga Canonica. 131. & seqq. Treuga conventionalis. 134. De aliis Juris Gentium capitibus remissive.

Ierus ad Struv. eod. tit. Gletle cit. q. 1. num. 6. Textor in Synopsi Juris Gent. cap. 14. n. 2. & 3. Grœningius in Bibliotheca Jur. Gent. l. 3. cap. 10. num. 17.

Scio equidem, Samuelem Puffendorff de J. N. l. 2. cap. 3. §. 23. & Jacobum à Rysfel de J. N. cap. 11. num. 15. sibi persuasissimum habere, quòd Legatorum securitas ex Jure Naturæ sit. Dicunt illi: cum ejusmodi personæ sint necessarie ad pacem conciliandam, servandam, aut artius per fœdera & pacta constringendam, quam ipsum Jus Naturæ omnibus modis honestis amplecti jubet; utique & cavisse censetur idem Jus securitati personarum, sine quibus finis ab eodem preceptus obtineri nequit. Sed infirmius est hoc argumentum, quàm ut recessum à communi & firmiori sententia extorquet. Ut enim nil memorem, non pacis duntaxat pendendæ, sed aliorum quoque negotiorum peragendorum gratiâ Legatos ablegari: infra ostendam, bellum, quod propter pacem interponitur, à Jure Gentium provenire. Sicut ergo bellum, sic Legatorum immunitas ad Jus Gentium reducitur. Posteaquàm enim Gentibus placuit, injurias sibi invicem illatas non aliò arbitrio, quàm gladio, dirimere: placuit quoque pro bello, legitime instituendò & prosequendò, ordinata media assumere, atque inter hæc admissionem & securitatem Legatorum.

Et hæc immunitatis aut securitatis prærogativa non tantum competit Legatis, ab Imperatore vel alio Supremo Principe missis, veluti putavit Grotius de J. B. lib. 2. cap. 18. §. 2. sed etiam Legatis, ab Principibus Imperii destinatis, prout verius docuit Wolf. Textor ubi supra cap. 14. num. 6. & seqq. Ex quo enim Principes Imperii jus pendendi fœdera tractandique familia negotia cum Imperatore vel exteris Lege publica per Instrumens. Pactis Westphal. art. 8. §. 2. gaudentur, confirmatum obij-

- obtinent, suadet utique ratio & æquitas, ut eorum Legati, ad ejusmodi tractatus expediendos dimissi, plenâ securitate gaudeant.
- 50 Ex eodem fundamento cum eodem Authore num. 16. contra citatum Grotium defenditur, Legatis, quos Summi Principes ad alios, Superiorem recognoscitentes, dimitunt, immunitatis hujuscæ participes esse: sunt enim verissimi Legati; proindeque non tantum in nomine, sed etiam in opere Legatis aliis exaquantur.
- 51 Econtra si Legatus excedat limites suæ Legationis, & vim aliis inferat, securitate publicâ seipsum tueri nequit: cum enim vim repellere vi liceat, non tam ex Gentium quàm Naturæ Juris dictamine; profectò Legatum, armatâ vel violentâ manu quidpiam molientem, pari violentiâ vel armaturâ compescere, concessum erit. Textor cit. l. n. 38. Similiter ubi Legatus in hostem vertitur, ac populum in provincia, ad quam ablegatus erat, hostili animo contra Republicam aut Principem concitat, aut in caput ipsius Principis, cujus gratiâ Legationem obit, conspirat, absque ulteriori securitatis indulgentia legitime vindictæ Principis aut Reipublicæ offensæ, non tam jurisdictionis quàm defensionis & belli jure subjacet. Vitriarius Instit. Jur. Nat. & Gent. lib. 2. cap. 18. n. 12. Textor cit. n. 38. & seqq.
- 53 Enimverò si Republica vel Princeps ipsemet, à quo Legatus est missus, contra Republicam vel Principem alium talia machinari præsumeret, justa omninò causa suppeteret, arma virosque in illius necem & interitum movendi. Cur ergo Legatus, tam nefandi sceleris reus, melioris sit condi-

tionis & favoris suomet Principali? Certè saluberrima Legationum Jura, contra violentatem Gentium, non in favorem sed odium & perditionem salutis publicæ vergerent, si Potestates, Magnates, & Principes per Legatos, tanquam instrumenta, possent ea fabricare pialua, quæ cæterogeni in ipsâ Principum persona non permitterentur impunita. Aliud est, quando Legatus contra officium hominis delinquit, delictum commune v. g. adulterium, homicidium, furtum &c. admittendò: tunc enim ab alio puniri nequit, quàm à suomet Principe, quæ, cum personam sustineat, immunitate quoque contentiosi fori prœfruitur. Belfold. lib. 2. polit. cap. 8. §. 2. n. 15. Gletle p. 2. Pand. quest. 6. in f. Dissentit ex parte cit. Textor num. 46. & 48.

Ut verò Legatorum securitas in accessu itinere ad locum Legationis ferri certior, publicè quòdam signò qualitas Legati manifestetur, opus est. Hæc ratione Legatis Romanorum sagmina, herbarum genus, in usu viguisse; à Græcis autem cecyciam usurpatam fuisse, testatur Marcianus in l. sanctum 8. §. 1. ff. de R. D. Modernis Gentibus literas salvi commeatûs & conductûs, in vernacula Vagis portari/ deservire, in quibus Republica vel Princeps, ad quem ordinatur Legatio, sub fide publica Legatis, ad se venientibus, eorumque comitatu securitatem pollicetur, praxis convincit. Textor cit. cap. 14. n. 35. & seq. Quæ tamen securitas, hinc ipsò quòd ex pacto vel conventione tacita promanet, suam operationem extra limites & provinciam Reipublicæ vel Principis, ejus generis literas concedentis, non extenditur. Textor cit. l. n. 37.

§. II.

De Jure Commerciorum.

- 59 **S**ecundò ad Jus Gentium revocatur Jus Commerciorum, hoc est, libera facultas cum Nationibus aliis contrahendi, seu negotiandi. Postquam enim res communes dividit, ac cuique Genti communi placitò suum Territorium est assignatum, poterat quidem una Gens secum & sola vivere, contenta iis rebus, quas ad vitæ levamen & quotidianam indigentiam in proprio solo nature clementia concefferat. At quia non Poëta, sed Veritatis vox est: Non omnis fert omnia tellus; Hic segetes; illic veniens felicius vva; Arboreæ fatuus alibi.
- Quia etiam experientia docet, quàm ægrè regiones plurimæ careant v. g. mineralibus sale, vinò, frumentò, aromatibus, aliisque frugibus, quas patria terra non parturit: Gentibus communiter placuit, ad mutuum inopiam & indigentiam sublevandam, liberam inter fe negotiationem & rerum merciumque communicationem instituire. Textor in Synopsi J. G. cap. 13. n. 1. Gletle cit. quest. 1. n. 7.
- 61 Mevius in Nucleo J. N. Instit. s. 16. 43. Ut P. SCHMIEB JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.

adèd Jus Gentium infringeret, patulamque Mavorti januam panderet, qui sine rationabili causâ libertatem commerciorum intercludere vellet. Suarez de LL. l. 2. c. 19. n. 7. Mezger Theolog. Scholast. tract. 8. disp. 32. art. 2. num. 9.

Dixi: libertatem contrahendi & negotiandi esse Jus Gentium. Nam modus & forma contrahendi; uti & effectus, qui contractus & pacta inita consequitur, ad Jus Gentium propriè dictum, de quo hæc loquimur, nullatenus pertinent. Modus liquidem & forma contrahendi, cum Gentium communem utilitatem primariò non respiciat, sed privatam magis commoditatem promoveat, vel Juri Civili suam substantiam debet; vel Juri gentium improprie dicto, de quo in n. 12. D. Franz ad lib. 3. Inst. tit. 14. p. 2. n. 54. & seqq. Effectus verò, qui conventiones Gentium consequitur, in cap. 2. à n. 13. Juri Naturæ annumeratus est.

Neque audiendum censeo Franciscum Connam, qui in lib. 5. cap. 1. apud Grotium de I. B. lib. 2. cap. 11. n. 1. asseverat, illas convention-

ventiones, quæ juxta l. labeo 19. ff. de V.S. non habent synallagma, hoc est, mutuum præstationem, non producere, Naturali Jure, aliquam obligationem: tum quod non minor sit culpa ejus, qui temerè nulla de causa pollicenti credit, quàm ejus, qui vanitatem adhibuit promissionis: tum quod fortunis omnium magnum imminet periculum, si promissio, quod sæpe ex ostentatione magis, quàm ex voluntate proficitur, aut ex voluntate quidem, sed levi ac parum considerata, tenerentur homines: tum quod justum fuerit, aliqua honestati ejusque relinquere, nec ad necessitatem obligationis exigere: turpe esse, promissa non implere, non quod injustè id fiat, sed quod detegatur promissionis levitas.

64 Pugnanti quippe contra hanc singularem doctrinam præter ea, quæ de fidei semel datæ obligatione cit. loc. adducta sunt, æquitatis Naturalis amantissimi Idi Romani; Ulpianus in l. hujus editi 1. in princ. ff. de Pænis, quid tam congruum fidei humana, asserens, quàm ea, quæ inter eos placuerunt, servare? Et in l. hinc editi 1. ff. de Pecun. constit. grave est, iniquis: fidem fallere. Paulus in l. cum amplius 84. §. 1. ff. de R. l. is natura debet. pronuntians, quem Jure Gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus. Et si nihil tam naturale est, ut

§. III. De Jure Fœderum.

63 Tertio ad Jus Legale Gentium numerantur Fœdera, quæ definiuntur, quòd sint pactiones publicæ, à personis publicis, auctoritatis conjunctionis ergo, inita. Referuntur autem ad Jus Gentium in ea consideratione, quatenus, si debitò modò & rationabili causâ petantur, absque ratione negari non possunt. Nam, ut verbis utat Prænobilis & Clarissimi D. Collegæ de Wolleren *Quæstion. Salisburg.* quæst. 5. n. 28. videmus passim ejusque populi res ita constitutas esse, ut sibi soli absque aliorum ope, consilio, aut confortio haud sufficiens, diu stare, & florere nequeat, nisi finitiorum munitus sit amicitia & flore. Jam verò Fœdera augent ejusque Gentis gloriam, potentiam, securitatem, magnificentiam, & Majestatem; adversariis verò metum injiciunt, illosque à pruritu inferendarum injuriarum deterrent. Ergo Fœdera sunt Juris Gentium quoad admissionem & conclusionem: quia, ut dictum, sinè Fœderibus Gentes (infirmiores & debiliores maxime) diuturnum florem & vigorem sperare non possunt. Suarez de LL. lib. 2. cap. 19. n. 8. in fin.

71 Usus igitur Fœderum cum ipsa Gentium inter se contractâ societate invaluit, veluti non tantum ex historia & Jurisprudenciâ Romana in l. non dubito 7. in princ. §. 1. & 2. ff. de Captiv. liquet, sed etiam ex historia sacra, in qua & alii populi, & ipsimet Judæi, cum aliis Gentibus Fœdera multoties injisse leguntur. Et quia

72 Num Princeps fidelis cum infidelibus possit inire

dicat Imperator in §. traditionem 40. Inst. de R. D. quam voluntatem domini, rem suam in alium transferre volentis, raram haberi; quomodò naturale non erit, voluntatem domini, non quidem rem immediatè, sed jus ad rem transferre, suamque personam obligare volentis, firmam & efficacem haberi? Nihil ergo suâ demonstratione monstrat Connaus, nisi quòd Indeliberatè ac immaturè promissiones vinculum morale, seu obligationem præstandi & servandi promissa, non producant; quod ultro concedimus.

66 Quemadmodum verò modus & forma contrahendi ex num. 62. ad Jus Civile vel Gentium improprium refertur; ita & modus & forma dominium acquirendi pertinet ad idem Jus. Nam alluvio v.g. accretio, insulæ productio &c. necessariò non spectant ad mutuum Gentium inter se societatem, sed magis ad ejusque populi tranquillitatem; & idcirco ab unoquoque populo, non consultis aliis, mutari possunt. Spectat tamen origine & substantiâ acquisitionis dominii, modò non pauci tum Naturæ tum Gentium Juri, propriè dicto, sunt adscribendi, sicuti constat ex §. singularum 11. & seqq. Instit. de R. D. nec non ex dictis in cap. 2. num. 130. & 137. & dicendis in §. 4.

Romanorum Fœdera tam à S. Augustino lib. 5. de Civ. DEL. quàm D. Thoma *Opusc. 21.* à P. D. Antonio Thoma Schiara in *Theol. bell. 10. 1. lib. 1. diffin. 11. n. 8. citatis*, approbantur; Fœdera quoque Judæorum, jubente DEO & Domino exercituum, non rarò in SS. paginis imperantur: ambigere non licet, quin Christianis Principibus liceat, ex causa justa fœdus pangere, ac uni Genti contra aliam armis, pecuniis, & aliò auxiliorum genere assistere. Siquidem charitatis & amicitie Legibus vel maxime convenit, ut quis innocenti & injustè patienti contra nocentem auxiliarem porrigat manum, & illos, qui vim patienti iniquam, contra vim & violentiam defendat; docente sic textu sacro Ecclesiastici 17. v. 11. & 12. & Proverb. 24. v. 11. ibi: *erue eos, qui ducuntur ad mortem; & qui trabuntur ad interitum, liberare ne cesses.*

74 Ex quo fundamentò citatus Schiara à num. 5. cum communi Theologorum & Juristarum probat, Principem, quàmquam ab amicis populis proferenda ope vel auxilio neque rogatus, neque ex promissione sit obligatus, amicos nihil officii juvare, ac pro illis bellum gerere posse: quia nimirum, dum natura cognitionem quandam inter homines constituit, voluit etiam, ut, si perversò cujusdam molimie cognationis vinculum dissolvi vel perimi videatur, amicorum fideli dexterâ motu proprio servari vel reparari possit.

75 Num Princeps fidelis cum infidelibus possit inire

inire Fœdus contra fideles? Quæstio est, sæpius inter Magnates agitata; cujus discussionem ad rom. 3. lib. 5. tract. 2. differam.

77 Nolim tamen, ritum pangendi Fœdera Juris Gentium propriè talis esse, edicas. Ritum siquidem pangendi magis ex speciali Legurundam Gentium conventionem, quàm Legum communi progreditur; eaque propter apud diversos populos omni tempore diversus fuit. Aliqui propriò sanguine Fœdera signarunt. Alii pane & sale, tanquàm præcipuis humanæ vitæ nutrimentis, mutuas pactiones seu condiderunt, seu condiderunt. Nonnulli divisione S. Hostiæ, seu firmissimò reciproca conjunctionis symbolò, promissiones firmarunt. Multi religione jurjurandi, unicò velut Magnorum Procerum ligamentò, publicas con-

§. IV. De Jure Belli.

80 Quarto inter capita Juris Gentium statuitur Bellum, non qualecunque, sed publicum & solenne, quod geritur Authore eò, qui Summam in Republica potestatem habet, ad injuriam, ab extraneo illatam, vindicandam. Tale enim verò Bellum, sive originem, sive conditiones, sive effectum spectes, Juri Naturæ ignotum est. Nam quatenus Bellum ex sua origine est modus vindicandi injuriam, sanè ex Jure Naturali non eruitur; utpote cum læsi Principes, quantumvis Supremi, non ad arma necessariò decurrere teneantur, sed vel aliud vindictæ genus excogitent, vel in alium & tertium Principem, quasi litis & causæ arbitrum, compromittere possint.

82 Quia verò Bellum est modus facillior, expeditior, Naturæque accommodatior, Jure Gentium bellandi licentia fuit introducta. Suarez d. loc. num. 8. Et idèdè appositè Livius lib. 42. *Jure Gentium*, inquit, *ita comparatum est, ut arma armis propulsemus.* Appositè Hermogenianus in l. ex hoc 5. ff. de F. & F. ex Jure Gentium Bella introducta, proficitur.

83 Condiciones Belli quod attinet; prima ex unanimi DD. & Gentium confessione est solennis Belli inferendi indictio & denuntiatio. Textor in *Synopsi J. G. cap. 16. num. 9.* Clariss. D. P. Eberth de *Bello cap. 6. §. 2.* Quam conditionem Jure Naturæ non præscribi, elucescit ex eo: quia, qui læsus est, potest adversus lædentem experiri, esto per Faciale aut alium internuntium hostilem animum non denuntiaverit. Adeoque Gentium usu invaluit, ut bellum gesturus adversario denuntiet, quòd ipsius amicitia & societati renuntiet, eumque hostem suum declaret, quatenus certò constat, non privato ausu, sed voluntate utriusque populi, aut populi Capiti geritur Bellum; vel ut adhuc ultimâ vice alter de satisfactione moneatur, & si non satisfaciatur, Bellum certum expectet, per eam, quæ habet Textor in *Synopsi J. Gens. cap. 17.*

84 Effectus Belli stat I. in jure occidendi hostes, & quotquot e contrario pugnantes reperiuntur, sine sint viri, sive feminae, sive adulti, sive infantes. Molina tom. 1. de F. & F. tract. 2. diff. 122. Qui sanè effectus à Jure Naturæ non derivatur. II. in jure servitutem, seu facultate captos ex hostibus in servitutem & mancipatum redigendi: quem interdum effectum Naturæ, quæ omnes parit liberos, non præcipit. III. in jure occidendi arces, evertendi oppida, & omnia mala hostibus

ventiones roborarunt. Eruditè Clariss. D. de Wolleren cit. l. à n. 57.

85 Sed neque obligatio, quæ utrinque placita comitatur fœdera, creatura Juris Gentium est dicenda. Descendit enim ex Jure Naturali perinde, ac quævis alia obligatio, servandi fidem & promissa. Estque tam gravis, ut annexam habeat severam Numinis in contravenientes vindictam. D. de Wolleren cit. l. n. 65. Si tamen unus ex Confederatis, contemptâ fide, non erubesceret, violare Fœdus, alteri liberum esset, à Fœdere statim recedere: quandoquidem, ut loquitur Vitriarius *Institut. J. N. & G. lib. 2. cap. 13. §. 17.* singula Fœderum capitula vim conditionis habent, nisi aliter sit conventum.

86 Altera conditio est, ut arma legitima, non venenata, asiumantur in prælio. Hæc conditio Gentium moribus vel inde tribuenda: quia, quibus modis ad proferendum hostem utaris, Jus Naturæ decernit nihil. Gledle 5. par Pand. 9. 1. n. 8. Et licet quarundam Gentium, puta Getarum, Parthorum, Æthiopum consuetudo sit, spicula venenò inficere: attamen Gentes Europææ, & si quæ ad Europææ melioris cultum accedunt, ab hoc venenatò more semper abstinerunt. P. Schiara *Theolog. Bellica tom. 2. lib. 5. diffin. 7. à num. 8.*

87 Tertia conditio est, ne hostis venenò interficiatur. Ubi, si Jus Naturæ respicias, rursus non interest, venenò an gladio hostem interimas. At Jus Gentium, si non omnium, certè melliorum & moratorum, usque & usque fuit, ne hostem venenò trucidare liceat: quia nempe communis utilitas exegerat, ne pericula in Bellis, quæ crebra esse coeperant, nimium intenderentur. Vitriarius d. l. 3. cap. 4. quæst. 9. Ex qua ipsa ratione minuendæ pericula bellica Gentium diuturnus usus edocet, non licere fontes & aquas venenò corrumpere. Schiara cit. loc. num. 22. Tamest aquas sinè venenò ita decurrere, concessum videatur, ut bibi nequeant. Vitriarius ubi supra quæst. 9. & 10.

88 Effectus Belli stat I. in jure occidendi hostes, & quotquot e contrario pugnantes reperiuntur, sine sint viri, sive feminae, sive adulti, sive infantes. Molina tom. 1. de F. & F. tract. 2. diff. 122. Qui sanè effectus à Jure Naturæ non derivatur. II. in jure servitutem, seu facultate captos ex hostibus in servitutem & mancipatum redigendi: quem interdum effectum Naturæ, quæ omnes parit liberos, non præcipit. III. in jure occidendi arces, evertendi oppida, & omnia mala hostibus

89 III. in jure occidendi arces, evertendi oppida, & omnia mala hostibus

bus inferendi, quæ necessaria censentur pro plenâ satisfactione & Reipublicæ tranquillitate. Molina *cit. r. disp. 101. n. 1.* Clariff. D. P. Ebberth de Bello *cap. 5. §. 2. n. 8.* Schiara *Theol. Bell. lib. 2. difficult. 13. n. 4.* De quo effectu nil planè statuit Natura, ut quæ pro injuria, ab hoste infictâ, aliò reconciliationis aut satisfactionis mediò contenta foret. Omnes itaque Belli solennis effectus ex Jure Gentium enascuntur: cum grave admodum fuerit visum, alieno arbitrio committere, quænam bellandi justa causa? quis modus tenendus? quæ satisfactio pro justa fit habenda? ne, dum populus extraneæ sententiam ingratoram hoc in articulo jure compromissum pronuntiaret, ipsemet alienò Bellò implicaretur. Vitriarius *ibid. cap. 9. 4.*

92 Ut ut verò hæc ita sint: attamen Jus Naturæ plurima in Bello præcipit, & prohibet. Et primò quidem in exordio Belli vult adesse justam causam, simul & jus belligerandi, seu Supremam potestatem. Causam idè: quia Princeps, moturus arma, personam agit Judicis, qui condemnare aut castigare nequit accusatum, nisi convictum aut confessum de crimine habeat: neque enim innocentis bona pro libitu invadere, minùs innocentem sanguinem belluari fas est. Quare Romani antiqui nunquam in aciem progredi solebant, antequam Collegium Fœdialium, ad id institutum, convulsissent. Schiara *Theolog. Bell. lib. 1. difficult. 2. num. 11.* qui *ibid. lib. difficult. 9.* doctissimis atque prudentissimis viris, super hoc à se consultis, ait, & probat, non visam esse sufficientem Belli causam, solum metum potentie alterius Principis, quam augendam & sibi nocituram quis veretur. Consentit Kestner de *J. N. cap. 9. §. 10.* Jus bellige-

93

randi idè Natura desiderat: quia, qui Superiorem recognoscit in terris, illius judicio licet subicere, nec in causa propria jus sibi dicere debet. Vide Schiarum *d. lib. 1. difficult. 1.* P. Ebberth. *d. l. cap. 3. §. 2.* Vitriarium *Instit. J. N. lib. 5. cap. 3.*

Deinde in processu Belli omnis doli malus, sicque in verbis mendacia, in rebus simulationes absint, Natura postulat. Quod enim Horatius cecinit:

*Sive dolo, seu vi manifestâ, clamore palamque;*  
Et Virgilius:

*Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?*  
Id de dolo bono, solentia laudabili, ac dissimulatione & occultatione intelligendum est, juxta illud D. Augustini: *licet veritatem occultare prudenter sub aliqua dissimulatione.* Nam, quia mendacium semper est illicitum; & omnis doli formalis mendacium rectè vocatur, eò quòd non referat, utrum alter verbis vel factis decipiatur: hinc dolum & simulatio in Bello licere non potest. Vitriarius *lib. 3. cap. 1. quest. 8. & seqq.*

Denique circa effectum prohibet Jus Naturæ, ne infantes, fœmine, Clerici, Religiosi, mercatores, agricolæ offendantur per *cap. ult. de Treuga & Pace* ubi Gonzalez à *n. 9.* aut reliquæ personæ innocentes directè occiduntur: cum infontem directè occidere, malum sit, intrinsicè *Exodi 23. v. 7.* Textor in *Synopsi cap. 18. à num. 16.* Schiara *lib. 2. difficult. 13. à num. 6.* Clariff. D. P. Ebberth *cap. 5. §. 2. n. 15.* ubi in *num. 19.* sub distinctione decidit quæstionem de bonis innocentium, quòd videlicet, si partes Reipublicæ offensantis non sint, æqueant illorum bona devastari, aut everti; secus, si partes sint Reipublicæ offensantis: quia tunc pro hostibus reputantur.

## §. V.

## De Jure Repressaliarum.

100 Quid Juri Gentium, velut species belli privati, addicuntur Repressalæ. Nam si Magistratus unius Reipublicæ Supremæ, præmissâ monitione, in causa gravi & liquida justitiam administrare detrectet civi alterius Reipublicæ Supremæ; huic à suo Superiore datur facultas, apprehendendi ac detinendi subditum Reipublicæ nocentis, aut bona illius, usque dum satisfactionem acceperit. Enimverò licet Naturalis æquitas cæterò quin haud permittrat, alium pro alio conveniri; vel puniri: attamen, sicuti necessitas coëgit Gentes in bello publico, in quo plerumque luunt innocentes pro nocentibus, ab illa Naturalis æquitas semita paululum deflectere; sic etiam coëgit in Repressaliis, ceu bello privato. Nam quia Magistratus alterius Reipublicæ Supremæ, justitiam civi alterius & æqualis Reipublicæ negans, non tantum, cum Judicem non habeat, conveniri nequit; sed etiam, cum in paucioribus personis consistat, ac rariùs extra provinciam

aut regnum exire soleat, in alterius potestatem aut manus tam facile non incurrit: proficuum Gentibus est visum, imperantium & peccantium locò, parentium & infontum personas aut res apprehendere, & tandem detinere, donec à Republica delinquente, justitia, iniquè protracta vel denegata, administratur. Equò proin animò civis in nocens damnum, quod patitur, sustinere debet, ac cogitare, ejusdem Reipublicæ membra faciliùs à se invicem jus suum consequi posse, & propriæ indemnitati prospicere, quam extraneos; posseque vel ipsi vel concivi post intervallum idem commodum in pari obvenire casu, quod extraneus modò percepit. Molina de *J. & F. tom. 1. tract. 2. disp. 121.* Schiara *Theol. bell. lib. 1. difficult. 20. à num. 8.* Vitriarius *Instit. Jur. Nat. & Gent. lib. 3. cap. 2. §. 5. & plurib. seqq.* Sweder. in *introd. ad Jus publ. pars. spec. sect. 2. cap. 14. num. 10.* Clariff. D. Franz *Quest. select. ex omni Jure quest. 18. per tot.*

Vche.

104 Vehementer quidem obloqui videtur textus in *cap. un. de Injuris & damno dato* in 6. ubi Gregorius X. pignoratitias, quas vulgaris eloquentia repressalæ nominat, in quibus alius pro alio prægratur, tanquam graves Legibus & æquitati naturali contrarias, Civili constitutione prohibitas, 105 asserit.

Verum, præterquam quòd principalis intentio laudati Pontificis, ut apparet ex contextu, solummodò fuerit, excludere personas Ecclesiasticas, & ne alieni debiti vel delicti prætextu Repressaliarum nomine detineantur, vetare (sunt enim non minùs in bello privato quam publico singulariter privilegiatæ) non cogitavit de aliis Repressaliis, nisi quæ in eadem Civitate vel Republica respectu personarum ejusdem Civitatis & Reipublicæ usurpantur: hæc quippe Civili constitutione in *tit. Cod. Ne filius pro patre &c. Ne uxor pro marit. &c. Ne vicarius pro vicario &c. quin & novissimis Imperii actionibus in *Ord. Cam. p. 2. tit. 26. R. J. de Anno 1570. §. wann auch die Arresta 84. R. J. de Anno 1641. §. nachdem auch die Stände 94. reprobatæ, nec unquam à Gentibus permixtæ 107 noluuntur. Sweder. *cit. l.* Nam re-**

dictum extraordinarium nunquam apprehendere concessum est, quando suspexit ordinarium; Repressaliæ verò, perinde ac bellum, sunt remedium extraordinarium; idè quæ inter cives ejusdem Civitatis aut Reipublicæ, quibus suspexit remedium ordinarium, audenti nimirum Judicem omnium Superiorem, petendi revisionem, vel supplicationem portandi, non conceduntur. Vitriarius *ubi supra quest. 8.*

De reliquo tametsi Repressaliæ, veluti licet ex antecedentibus, speciem belli præferant, non una tamen Repressaliis inter & bellum intercedit discrepantia. Nam inprimis, qui pro debito vel delicto alterius apprehenditur, in corpore vel vita castigari nequit, sed, usque dum civis Reipublicæ læsæ satisfactionem impetraverit, detinetur. Deinde servitus, in quam incidunt persone, bello captæ, personæ explicatè modò detentas, non onerat. Adhæc illarum bona non cedunt in prædam detinentibus, sed jure retentionis, vel pignoris duntaxat in illarum potestate manent, quousque suum à vero debitore consequi non possunt. Vitriarius *cit. l. q. 15.*

## §. VI.

## De Jure Pacis &amp; Treugæ.

111 Exiò ad Jus Gentium reducitur Pax, ceu finis belli, non quidem si spectetur quoad originem aut substantiam (sic enim à Jure tum Naturali tum Divino præcipitur, dum illud inter homines amicitiam, hoc eminentem charitatem imperat) sed si quoad circumstantias & effectum, inde secutum, consideretur.

Siquidem quòd hostes, posteaquam ab armis & pugnis quiescere cogitant, publicam de Pace conventionem in eant, ac perpetuam sibi promittant amicitiam & securitatem, & ab eo tempore jus cursusque belli sistat, Juri Gentium, unà cum bello ex merito tribuitur; ut locum habeat illud vulgatum, contrariorum eandem esse rationem. Clariff. D. P. Joan. Bapt. Ebberth de *Pace cap. 3. §. 1. n. 7.*

112 Conventionem Pacis ad tria præcipuè capita vel pacta revocandam esse, author est Sweder. *cit. l. sect. 1. cap. 27. num. 3.* I. est pactum oblivionis, seu amicitie, quòd cavetur, ut, quæ hæcenus inter belligerantes ad invidiam, injuriam, aut emulationem unius aut alterius acciderunt, perpetuè tradantur oblivioni; sicuti conspiciere licet in Novissima pacificatione Rastadio-Badensi, inter Augustissimum & Invictissimum Imperatorem Romano-Germanicum CAROLUM VI. & Romanum Imperium ex una; & Serenissimum ac Christianissimum Regem Galliæ LUDOVICUM XIV. ex altera parte *art. 2. ibi: sit perpetua utrinque amnestia, & oblivio omnium eorum, quæ ob causam vel occasione præteriti belli quocumque loco modòve ultra citroque hostiliter facta sunt, ita ut nec eorum, nec ullius alterius rei causâ vel prætextu alteri quidquam inimicitia, directè vel*

indirectè, specie juris aut viâ facti, neque intra & neque extra Sacrum Romanum Imperium, Regna & ditiones Sacra Cæsarea Majestatis, Regnumque Gallia inferat, aut inferri patiatur, sed omnes & singula hinc inde verbis, scriptis, aut factis illarum injuria & violentia, abique omni personarum rerumque respectu, ita penitus abolita sint, ut, quidquid eo nomine alter adversus alterum præterire possit, perpetuè sit oblivione sepultum. Hoc est pactum cuilibet pacificationi institutum esse, tametsi non exprimat, tenet Vitriarius *Instit. Jur. Nat. & G. lib. 3. cap. 18. q. 7.* quia, ubi universals obliquo hostilitatis præteritæ exulat, pax firma securaque consistere non potest. Comprehendit itaque pactum hoc omnia, quæ tempore flagrantis belli hostiliter sunt gesta: quæ verò præcesserunt bellum, uti il unus ex hostibus antecesserent in alterum commississet feloniam, ob quam feudo mereatur excedere, comprehensa non censentur: utpote cum planè per accidens se habeant ad bellum, consecutamque desuper Pacem; nec de illis cogitatum vel actum fuisse præsumatur. Hermes in *fascic. Jur. publ. cap. 11. sub num. 142.*

II. est pactum restitutionis, quòd statuitur, uti personæ, res, jura, aut bona hinc inde capta, occupata, possessa &c. antiquò domino restituantur, aut (cum pacificatio transactioni non multum sit absumilis) jure permutationis, solutionis, aut satisfactionis retineantur; prout in memoratâ pacificatione Rastadio-Badensi per extensum invenitur. Ubi sanè dubitandum non est, quin Principes pacificantes bona patrimonialia, in quibus libertatem disponendi facultatem obtinent, cedere, & in

- 119 & in perpetuum dimittere valeant; sicuti pro certo pariter credendum, quod etiam bona Coronæ vel Principatûs abdicari possint, si Populus, Ordines aut Status Regni vel Principatûs assentiant: ac verò, dissentiente Populo, Ordinibus vel Statibus, abdicatio non valet aliter, ac si tanta urgeat necessitas in eundem pacis, ut, inspectis viris aut viribus propriis, considerata idem partis adversæ magnanimitate & potentia, sine manifesto tætius Regni vel Principatûs amittendi periculo, bellum ulterius nequeat continuari.
- 120 Nisi enim necessitas adeo sit urgens, non potest excusare factum, quod aliâ justitiæ regulis adversatur: cum utique non liceat, distrahere pro libitu bona, quorum plenum dominium aut potestatem non habemus. Textor
- 121 In *Synopsi Jur. Gent. cap. 20. à n. 22.* Ex eodem fonte promanant alia veritas, quod bona subditorum tum demum alienari possint, quando Pax necessaria non potest aliò modò obtineri. P. Engel ad *tit. de Treuga & Pace n. 12.* nam Princeps aut Respublica non potest subditis jus quæritum auferre, præterquam in casu necessitatis vel utilitatis publicæ, secundum dicta & docta superius in *cap. 1. à num. 195.* Et, si uni tantum vel alteri quidpiam pro salute totius universitatis ademptum fuerit, id aliorum proportionatâ contributione refarciendum esse, dictum & doctum in *tit. cap. n. 217.* Textor *cit. l. n. 28.* Hermes *cit. fascio. cap. 11. n. 144.* Ebberth *d. Pace cit. cap. 5. à n. 28.*
- 123 III. est pactum *compensationis*, quod agitur de compensatione sumptuum & expensarum, in milites, præsidia, annonam, fortalicia, rem tormentariam &c. factarum; de cuius justitia tot extrare præjudicia, scribit *cit.* Hermes *n. 147.* ut ea iniquitatis infimulare plusquam temerarium foret. Ad quid autem in hoc & priori puncto teneantur personæ Ecclesiasticæ? Distinctè resolvit laudatus P. Ebberth *d. cap. 5. n. 8. & seqq. & n. 38. & seqq.*
- 124 Ad Pacem porro facilius recuperandam assumuntur mediatores, quasi arbitratore, ut militantes ad concordiam revocent, & sepositis partium studiis, tractatum Pacis ad æquitatis limites reducant. Attamen nulla est necessitas, assumendi mediatores, quando ipsimet Principes convenire, vel per Legatos negotium Pacis tractare volunt, uti recentissimum exemplum suppedit in Novissima pacificatione, quam ab initio soli Belli Duces, famosissimus EUGENIUS, & Mare-Schallus VILHARMIUS, Rastadii confecerunt; Badenæ verò, posteaquam ab Illustriss. & Excellentiss. DD. Petro Comite de Goës in Carlsberg, & Joanne Friderico Comite de Seileren & Aspsang &c. ex parte Cæsaris & Imperii; nec non DD. Franciscò Carolo Comite de Luc, & Dominico de Saint Conteit &c. ex parte Regis Galliæ idem pacis confectæ tractatus ad incudem revocatus, & absolutus est, unâ cum aliis modò nominatis die 7. Septembr. 1714. subscripserunt. Neque etiam ulla vi-

detur necessitas, mediatores Pacis, si qui forte offerantur, acceptandi; non tantum ubi suspicio contra personam ex conjunctione vel affectione subest; sed etiam ubi spes propinquæ victoriæ, metus silendi vel intercipiendi ex mediacione belli, vel alia ratio dissuadet, mediatoris oblatis sententiam audire vel sequi. Textor *cit. cap. 20. n. 52.*

Paci confinis est Treuga, nomen hoc à SS. 127 Canonibus in *tit. 36.* hoc libro de *Treuga & Pace* sortita; quæ nihil aliud est, quàm induciæ, armistitium, seu cessatio ab armis & hostilitate. Ideoque convenit in eo cum Pace, quod armorum impediatur usum, & cursum bellicum intercipiat. Disconvenit autem, quod operationem suam ad certum duntaxat & determinatum tempus exlerat, nec, infra Pacis, securitatem & amicitiam perpetuam tribuat; indeq; non tam extinguit, quàm sopiat bellum; armaque non perimat, sed differat & suspendat. Gonzalez in *cap. treugas 1. de Treuga & Pace num. 13.*

Dividitur Treuga in Legalem seu Canonica, & conventionalem. *Legalis seu Canonica* est, quæ à SS. Canonibus est introducta, & exercitium belli à feria quarta ejuslibet hebdomadæ post occasum solis usque ad diem lunæ seu feriam secundam in ortum solis; ab Adventu Domini usque ad octavam Epiphaniæ; à Septuagesima usque ad octavam Paschæ prohibet, datâ Episcopis potestate, contravenientes sub excommunicatione compellendi *d. cap. treugas 1. Gonzalez ibid. n. 17.* Sed hanc Treugæ speciem à multis faculis non esse servatam, continua serè demonstrant bella; nec improbant Panormitan. ad *tit. cap. num. 4.* Barbofa *ibid. n. 9.* Gonzalez *d. n. 17. inf. & Interpretet* unò calamò.

*Conventionalis* est, quæ speciali belligerantium conventionione stabilitur; vel intuitu certi negotii, puta ut mortui tumulentur, captivi permurentur, urbium obfessorum impugnatione suspendatur; vel respectu totius hostilitatis & infecutionis bellicæ. Priori modo Treugam aut inducias stabilire possunt ipsimet Archistrategi & Supremi Belli-Duces; posteriori non aliter, ac si mandatum speciale vel generale cum libera ab eo, cujus auctoritate bellum geritur, adepti fuerint. Textor in *Synopsi Jur. Gentium cap. 19. num. 4. & 5.*

Ad quantum temporis intervallum Treuga conventionione statuatur? Non interest. Dummodò enim in perpetuum non fiantur, adhuc Treuga vel armistitiu aut induciæ dicuntur, esto tempore longissimò durent, ut patet ex Instrumento Pacis Carlovizensis, Anno 1699. cum Ottomanica Porta conclusæ *art. 20. §. duces*, ibi: *duces armistitium hæc, & extendatur, favente DEO, ad viginti quinque annos.* Clariss. P. Ebberth *d. Pace cap. 1. n. 12.*

Plura Juris Gentium capita disquirere, modo non allubescit. Aut enim tam operosa non sunt; aut, si operosa, in progressu operis operam nostram habebunt.

SEC.

## SECTIO III. De Effectu Juris Gentium.

## SUMMARIA.

135. & seq. Jus Gentium obligat in conscientia. 137. & seq. Etiam Suprema orbis capita. 139. Quorum controversie ex Jure Gentium sunt dirimenda. 140. Bella quoque ipsorum juxta Jus Gentium regulanda. 141. & seq. Jus Gentium ex scripturis & historicis interpretan-

dum. 143. & seq. Numerus alium adferuntur. 145. Jus Gentium improprium improprie mutari potest. 146. & seq. Quin & Jus Gentium, proprie dictum. 149. & seq. Accedente omnium Gentium vel majoris partis assensu. 151. & seq. Non sufficit consensus unius Gentis.

## §. I.

## De Obligatione Juris Gentium.

135 Quoniam ex disputatis à n. 14. Jus Gentium est vera juris Legalis species, producit effectum Legalem in conscientia; adeoque obligationem obedientiæ, quâ Gentes communibus sancitis obtemperare tenentur; non verò obligationem justitiæ, quæ ex conventionione promanet. Hicque est uniformis omnium Gentium sensus, quæ non majus scelus objicere solent, quàm Juris Gentium violationem: tum quia communi Gentium consensu Jus istud decretum, sanctissimum reputatur: tum quia pro materia habet ea, quæ pacem, tranquillitatem, & felicitatem ipsarum Gentium inter se conciliant. Gibalinus *Scient. Canon. lib. 4. c. 7. q. 3. num. 1.* Unde

137 Sequitur I. ipsos Principes & Summa Orbis Capita Juri Gentium esse subiecta. Brunemann ad *l. omnes populi §. ff. de J. & F. n. 4.* Clariss. D. Joannes Georgius Fleck in *Bibliotheca Jur. Civ. lib. 1. tit. 9. num. 6.* Nam quia Jus Gentium respicit omnium Gentium emolumentum; obligat etiam omnes Gen-

tes, & ipsos Supremos Principes, quorum consensu Jus Gentium immediatè & proximè subortum est. Unde Themistius apud Grotium in *prolegomen.* perorasse fertur: *Reges, quales exigat sapientia regia, non unius sibi creditis Gentis habere rationem, sed totius humani generis.*

Sequitur II. item, si quæ vertatur inter Summas Potestates, ex Jure Gentium decidendam esse. Cum enim Jure Civili Summæ Potestates non obstringantur; obstringantur verò præceptis Jus Gentium, velut communem & certam regulam, declinare.

Sequitur III. ipsa inter Reges suscepta bella secundum Jura Gentium esse dirigenda. Licet enim silere Leges inter arma dicantur: silent tamen Civiles tantum, judicariæ, & pacis propriæ: valent verò perpetuæ illæ, à Gentibus & Naturâ præscriptæ. Optimè siquidem apud præfatum Grotium DIO Præfationis ait: *inter hostes scripta quidem Jura, id est, Civilia non valere, ac valere non-scripta, id est, ea, quæ Natura dilat, aut Gentium consensus constituit.*

## §. II.

## De Interpretatione Juris Gentium.

141 Ad effectum Juris Gentium revoco illius interpretationem. Hæc ita peragitur. Si dubitetur: sitne aliquid Juris Gentium? Recurrendum est ad Scriptores, antiquos, illustres, probatos: qui, si consentiente calamò articulum, de quo dubitatur, Juris Gentium esse testentur, forte quòd in congressibus, bellis, pacificationibus, scæderibus &c. hunc vel illum modum viguisse, perhibeant, illis fides tribuitur. Vitriarius *Inst. F. N. & G. l. 1. c. 1. quest. 25.*

142 Si Scriptores varii & discrepantes sint, ac, quod antiquioris ævi Historici negant, Gentibus in usu fuisse, recentiores affirmant, standum est judicio posteriorum. Textor in *Synopsi cap. 1. n. 19.* Potest quippe, ut statim dicemus, Jus Gentium, instar consuetudinarii, per usum contrarium abrogari vel immutari. Ergo sicut in consuetudine posterior & recentior, observantia prævalet priori & vetustiori: ita prævalet in Jure Gentium.

Si debium occurrat de actibus, ad Jus Gentium introducendum requisitis, quanti & quales esse debeant? Resp. Textor *tit. cap. 1. num. 21.* absolute quidem respectu omnium Gentium requiritur plures actus; relative verò ad singulas Gentes unicum actum sufficere. E. G. In materia pacificationis aut belli aliquid semel & successivè est observatum pro Jure inter Imperatorem Romano-Germanicum & Turcicum; postea inter Regem Hispaniæ & Galliæ; deinde inter Britannos & Batavos; deinceps inter Suecos & Danos &c. Hæc observantia respectu omnium Gentium ex actibus multiplicatis constat; licet respectu singularem Gentium actum unicum contineat. Sufficit tamen ad constituendum Jus Gentium, ne cæterorum, si à singulis Gentibus plures actus exercitos fuisse delideremus, inextricabilem & difficillimam Juris Gentium probationem faciamus, cum non modico Rerumpublicarum detrimento.

§. III.